

305 unde is? *CH.* egone? nescio hercle,  
neque unde eam neque quorsum eam: ita prorsu' sum 15  
oblitus mei.

*PA.* qui quaeso? *CH.* amo. *PA.* hem. *CH.* nunc, Par-  
menō, ostendes te qui vir sies.

scis te mihi saepe pollicitum esse "Chaerea, aliquid  
inveni

modo quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cogno-  
scas meam",

310 quom in cellulam ad te patri' penum omnem congerebam  
clanculum.

*PA.* age, inepte. *CH.* hoc hercle factumst. fac sis nunc 20  
promissa adpareant,

sī adeo digna res[es]t ubi tu nervos intendas tuos.

haud simili' virgost virginum nostrarum, quas matres  
student

demissis umeris esse, vincto pectore, ut gracilae sient.

315 siquaest habitior paullo pugilem esse aiunt, deducunt  
cibum:

tam etsi bonast natura, reddunt curatura iunceas: 25

itaque ergo amantur. *PA.* quid tua istaec? *CH.* nova  
figura oris. *PA.* papae.

*CH.* colōr veru', corpu' solidum et suci plenum. *PA.*  
anni? *CH.* anni? sedecim.